


*Sammlb. 50*

Zur  
**Gräfl. vom Hagen'schen**  
Majorats - Bibliothek



**MÖCKERN**  
gehörig.

N<sup>o</sup> 1399



6

DE  
TESTIMONIO PATRONI  
IN CAUSA  
CUI PATROCINIUM  
PRÆSTITIT

OCCASIONE L. XXV. D. DE TESTIB.

EGIT

AD

VIRI CONSULTISSIMI


JO. CHRISTIANI GUILIELMI  
SYBELII

JUDICIS ET NOTARII SOLEMNIA DOCTORALIA  
INVITATURUS

OTTO LUDOVICUS DE EICHMANN

J. U. D. P. P. O.

ET RITE DESIGNATUS PROMOTOR.



DUISBURGI AD RHENUM  
TYPIS FRANG. ADOLPH. BENTHON, ACAD. TYPOG.

IN  
TESTIMONIO PATRONI  
IN CAUSA  
CUI PATROCINIUM  
PRAESTITIT

OCCASIONE A. XXV. D. DE TESTIB.  
EDIT

DE  
VIRI CONSULTISSIMI  
JO. CHRISTIANI GUILIELMI  
SYBELLII

JUDICIS ET NOTARI SOLI ET IN DOCTORALIA  
INSTITUTUS  
OTTO BODOVICUS DE RICHMANNI  
L. M. P. O.  
ET VICE DELEGATUS



THEOPHILUS ADOLPH. BENTHON  
DUREBERG AD CAROLIN





DE  
TESTIMONIO PATRONI  
IN CAUSA  
CUI PATROCINIUM  
PRÆSTITIT.

---

---



§. I.

Consideranti curriculum vitæ *Consultissimi JO. CHRIST. GULIELMI SYBELII, Judicis & Notarii præclare meriti*, apparebit, quod & scientiam juris, patrocinando partibus litigantibus, ad usum transtulerit. De avvocato teste in-

A 2

cui-

reivis litigantis, cui adfuit, curatius hac occasione ideo agere, in animum induxi (I).

§. II.

Differentiam, quæ secundum Jus Romanum olim inter *advocatum*, *patronum*, *procuratorem* & *cognitorem* fuit, non curo (II,) potius id statim agere, apud animum constitui, ut essentia tam testis, quam advocati elucescat. Id enim argumentum prolusionis omnino exigit.

§. III.

Dici potest, quod testis sit *persona fide digna*, qua in iudicio ad probationem facti dubii utimur. Ex hac definitione vero colligo, testem esse instar  
histo-

---

(I) Nonnulla quidem de ejusmodi testimonio nuperrime in *Diurn. Duisburgensib. hujus An. MDCLXII. Num. V. VI.* protuli. Sed his observationibus alias addere, jam placet.

(II) Harum rerum tamen cupidis commendari potest locus *Asconii Pediani in Q. Cecilium divinat. c. 4.* Verba sunt *Qui defendit alterum in iudicio, aut patronus dicitur, si orator est, aut Advocatus, si aut jus suggerit, aut presentiam suam accommodat amico, aut procurator, si negotium suscipit, aut cognitor, si presentis causam novit, Et sic tuetur, ut suam. Consultiss. Ludov. Aug. Wurffel Jurisprud. civ. definitiv. Not. 6. §. CLXIII. qui & Not. 6. observavit, unde advocati hoc nomen acceperint.*

historici. Quæ vero cum ita sint, sine dubio requisita sunt I) facultas ac II) voluntas dicendi veritatem & secundum ea de testimonii fide judicandum est, simulque ratio dissensus JCrorum in hac materia satis superque apparet.

§. IV.

Advocatum autem voco *personam, quæ litigantibus jus suggerit eosque defendit.* Præter alia eorum nomina e. gr. patroni, in actis judicialibus invenies *Sachvertheidigers, antipatroni, anticausidici.* Verum hæc mihi jam non sunt curæ cordique. Lis itaque immorari, nolo, sed ad alia transeo.

§. V.

JCr, uti sæpe, non inter se conveniunt, quid de testimonio advocati in causa litigatoris statuendum sit? Ne eadem fere repetam, statim ad Acta propero, quæ illustri Facultati Juridicæ Duisburgensi ante aliquot annos oblata sunt quæque hoc argumentum mirum in modum illustrent. Lis nimirum oborta erat de ejusmodi testimonio. Celebrissimi itaque JCr Gissenses, ad quos acta mittebantur, judicabant: *Daß der von Klägern angegebene zweite Zeuge, der C. Lucius Titius bewandten Umständen nach, in dieser Sache zum Zeugniß nicht zulässig.* Rationibus tam dubitandi, quam decidendi, quæ sequuntur, usi sunt: *Wenn nun gleich es scheinen mögte, als ob der vorgeschlagene Zeu-*

ge, der S. L. T. zur Ablegung des Zeugniſſes in dieſer Sache allerdings zuläſſig ſey, weil derſelbe 1) das in ſolcher geführte patrocinium bereits nach Eröffnung des Rintelſchen Urtheils niedergelegt. Protoc. d. d. 17. Febr. 1757. Finita vero advoca- tione & patrocinio admitti poſſe advocatum ad te- ſtificandum pro cliente ſuo, eſi non reputetur te- ſtis integræ fidei omnique exceptione major, statu- unt Bened. Carpzovius Reſp. L. III. T. Reſp. XCII. Num. 13. ſeq. & Num 18. ibique allegati Jo. Henr. de Berger oeconom. jur. L. IV. Tit. XXIV. §. 3. Not. VI. und 2) bey Gelegenheit der ihm aufge- tragen geweſenen Sempronianiſchen Emonitur von dem verſtorbenen G. Cajo mehrmahlen erſucht wor- den, ihm zu denen ihm von gedachtem Sempronio gebührenden Geldern zu helfen, um damit Klägern befriedigen zu können. Advocatus autem teſtis ido- neus exiſtit in cauſa clientis ſui, ſi veritas aliter pro- bari nequeat. Bened. Carpzovius in jurispru- d. for. Rom. Sax. P. I. Conſt. XVI. Def. LX. Num. 4. ſeqq. Et hæc regula generaliter vera eſt, ſi vel alii teſtes intervenire potuerint, ſive non, modo non intervenerint, nec eorundem depositio haberi debeat. Proſper Farinacius de Teſtib. Qu. LX. Num. 190. Jedoch und hieweil 1) in dem L. 25. D. de Teſtib. das klare, deutliche, und allgemeine Verbot enthalten, ne patroni in cauſa, cui patro- cinium præſtiterunt, teſtimonium dicant. Unbey 2) in ſolchem kein Unterſcheid gemacht wird, ob der Advocat ſeinen Clienten annoch beyrätzig iſt, oder nicht, vielmehr 3) aus dem von dem Ver- faſſer



fasser des Gesetzes gebrauchten Worte prästiterunt nicht unwahrscheinlich erhellet, es werde daselbst von solchen Sachwaltern, welche bereits die Advocatur aufgegeben, geredet. Wannhero auch 4) die ansehnlichste, geschickteste und erfahrene Rechtsgelehrten jederzeit behauptet: Advocatum in causa, in qua patrocinium praestitit, deposito licet officio, testem pro cliente esse, non posse. Dav. Mev. Dec. P. VIII. Dec. LVI. Num. 2. Pet. Müller in Not. ad Struvian. Synt. jur. civ. Exerc. XXVIII. §. 39. Not. 1. Lud. Gunther Martini in Comment. ad Pro. for. T. XX. §. 2. Num. 70. ibique allegati, Facult. Jurid. Lips. apud Luder. Mencken in Syst. jur. civ. sec. Pand. L. XXII. Tit. V. §. 10. p. 403. edit. Schœniana, B. Canc. Jo. Nic. Hert. Consil. & Resp. Vol. II. Dec. XXII. Jo. Balth. L. B. de Wernher Sel. Observ. forens. VI. obs. CCXCII. Das gegen 5) dasjenige, was in den Zweifels-Gründen angeführt worden, nichts vermag, anermogen a) die Niederlegung des patrocinii dieser Sache, da solche erstlich nach eingeholten und eröffneten Ritzelschen Urtheil erfolgt, nicht ohne Bedenklichkeit geschehen; Renunciatio autem patrocinii durante lite ab advocatione in fraudem fieri non debet. Bened. Carpz. Resp. L. III. Tit. IX. Resp. XCII. Num. 22. & 23. Jo. Henr. N. D. de Berger l. c. Rfdr. Hoepner de eo, quod juris est circa testim. declin. & differ. Cap. IV. Num. 95. und 6) der casus, si veritas aliter probari nequeat, noch weniger die Umstände, welche Prosp. Farinac. l. c. präsupponirt demahlen vorhanden, sondern die Wahrheit auch  
 durch

Durch den ersten Zeugen herausgebracht werden kan, als haben wir bey sothaner Beschaffenheit der Sache den zweyten Zeugen vor unzulässig erklären müssen. *Hæc sententia actori displicebat. Remedio revisionis hanc ab rem usus est & illustris JCorum ordo in Academia Georgia Augusta, ad quem acta missa sunt, pronunciavit: Nunmehr aus den Acten und der Partheyen rechtlichen Einbringen so viel zu befinden, daß der von Klägern angegebene zweyte Zeuge der C. Lucius Titius, als verwerflich, nicht zu achten, sondern salvis exceptionibus zuzulassen sey, hasque rationes subjecerunt: Ob es gleich scheinen mögte, daß, da Revident die wider das am 17. Febr. 1757. eröffnete Urtheil ergriffene Revision bis hiehin nicht fahren lassen, die præscription aber vorkommenden Umständen nach nicht eintrete, mithin die probatio interruptionis sowohl, als auch per consequentiam die Abhörung des C. Lucii Titii vor überflüssig zu halten wäre, und wenn gleich dieses nicht, dennoch derselbe, da er vorhin den Revidenten, als Advocatus gedienet, vor verwerflich um so mehr zu achten, als in L. 25. D. de Test. ein Advocatus ohne Unterscheid, ob er das Patrocinium niedergelegt, oder nicht, reprobiert worden, mithin, daß anders, als geschehen, erkant werden sollen, dafür gehalten werden mögte. Dennoch aber und bieweil die præscription im gegenwärtigen Falle allerdings eintritt, mithin dem Revidenten die Interruption zu erweisen obliegt, deßfalls ihm auch aller bisher sparsim angebrachter Beweis-Mittel binnen einem ihm zu præ-*

figi

figirenden Termino probatorio, sich zu gebrauchen unbenommen ist, und soviel in specie den S. Lucium Titium betrifft, selbiger vor einem verwerflichen Zeugen deswegen nicht zu achten, weil das in L. 25. D. cit. befindliche Wort praestiterunt keinesweges auf ein niedergelegtes patrocinium zu ziehen, anerwogen die bey dieser Verordnung zum Grunde liegende ratio suspicionis, nemlich affectio ad causam, als dan, wo nicht gänzlich, doch großen theils cessiret, ein folglich auch die Disposition selbst hiernach eingeschränckt werden muß. Hiernächst diese Erklärung um so mehr eintritt, je gewisser dieselbe dem favori probationis ist und je ungewisser dieselbe aus dem arbitrio judicis circa probationem fließt L. 3. §. 2. & L. 13. D. de Testib. Als sind wir, wie in dem Urtheile enthalten, zu erkennen betwogen worden. Hanc sententiam Jcti Erfurthenses confirmarunt, postquam reus in revisione salutem quaesiverat. Ita vero una cum dubiis & argumentis eorum judicium sese habet: Daß es der eingewanten Revision ungeachtet, bey dem am 19. Julii 1759 publicirten Num. Act. - - befindlichen Urtheil nochmahls billig zu lassen. Rationes dubitandi sequentes addiderunt: Ob es wohl das Aussehen gewinnen mögte, daß der von Klägern und Revisen angegebene zweyte Zeuge, der S. Lucius Titius, weil er denselben, als Advocat in dieser Sache bedienet gewesen, ohnerachtet er durante lite sein Patrocinium niedergeleget, ganz und zumahl nicht zu admittiren sey, gestalten dieser Umstand dem L. 25. ff. de Testib. eines theils nicht alteriren,

andern theils aber das daselbst befindliche Wort: praestiterunt: auch auf ein niedergelegtes patrocinium gezogen werden könne, in mehrerer Erwägung die bey einem Advocato vor die Sache eingewurzelte affection auch nach Niederlegung des Patrocinii fortdauren, und die Disposition des obangezogenen Legis, wenn solches erlaubt wäre, völlig grundstürzend gemacht würde, einem Advocato auch allemahl frey stünde, der Sache durch seine Renunciation einen glücklichen Ausgang zu Wege zu bringen, als ein solcher durch den Einwand, veritatem aliter haberi non posse ebenfalls nicht zugelassen sey, allermassen die interruptio praescriptionis, welche gegenwärtig nur erwiesen werden solle, auf andere Art erwiesen werden könne, wozu noch komme, daß das Debitum nicht in genere, sondern nur jetzt angeführtes factum hergebracht werden, und dieser Zeuge auch ex hoc capite, als verwerflich, angesehen werden müsse. Dennoch aber und dieweilen der in Rationibus dubitandi angezogene L. 25. de Testib. aus andern Legibus seine beste Erklärung bekommt, und aus dem L. 3. §. 2. ff. de Testib. ingleichen aus dem L. 13. ff. de Testib. nicht undeutlich sich zu Tage leget, daß die ganze Doctrin de fide & admissibilitate testium dem richterlichen Ermessen anheim zu geben, und nicht an gewisse Regeln gebunden sey Leys. Med. ad Pand. Specim. 283. Medic. I. welchem zu folge denn die bewährteste Rechtsgelehrten einen Advocatum finito & deposito patrocinio pro cliente, als Zeugen, admittiren und nur dabey die Limitation

ge

gebrauchen, daß er nicht pro teste omni exceptione majori angenommen werden könne Böhm. Consultat. & Decis. Tom. II. Part. I. Resp. 79. Num. 12. Mev. Part. VIII. Decis. 86. Num. 6. Carpz. Part. I. Constit. 16. Definit. 59. Num. 3. Nicolai in Process. Part. I. Cap. 59. Num. 22. Berger. Oecon. jur. Lib. IV. Tit. 24. Thes. 3. Not. 6. unter welcher restriction einem sein Patrocinium niederlegenden Sachwalter um so mehr einen Zeugen vor seinen gewesenen Clienten abzugeben, zu ver gönnen ist, als dieses die selbst redende Billigkeit und der in denen Rechten pro probatione militirende favor erfordert, krafft welchem die Gränzen des Beweises mehr zu erweitern, als einzuschränken sind, wohlertwogen die einem Sachwalter an wandelende Affection pro causa a se olim defensa eben diese von jetzt angezogenen Rechtsgelehrten gebrauchte Limitation zu Wege gebracht hat, hins gegen keinesweges von der Beschaffenheit ist, daß sie ihn, als Zeugen, ganz und gar verwerflich mache, welches allhier um deswillen hauptsächlich nicht statuiret werden kan, weilien die Beklagtin selbst nicht anzugeben vermogt, daß der G. Lucius Titius Schaden, oder Gewinnst von diesem Zeugnis zu gewarten habe, übrigens die sub Num. Act. - - befindliche Beweis- Articul zu Tage legen, daß er nur das Factum interruptionis zu erweisen, als Zeuge, angegeben worden, und daher, daß durch ihn das Debitum in genere erwiesen werden solle, nicht behauptet werden kan; Als sind wir nach Inhalt des Urtheils zu erkennen, bewogen worden.

§. V.

Merito vero hæc sententia approbata est. Majores nostri quidem odium fere implacabile in advocatos conceperunt & nihil cæde *Variana cruentius, nihil insultatione barbarorum*, (verba sunt Flori,) *intolerantius, præcipue tamen in causarum patronos. Aliis oculos, aliis manus amputabant, unius os surum, recisa prius lingua, quam in manu tenens barbarus: Tandem, inquit, vipera sibilare desiste* (III). Juxta *Loccenii* testimonium, vel raro, vel nunquam utebantur advocatis & procuratoribus, sed ipsi litigantes, prout potuerunt, causam suam egerunt (IV). Imo ipsa natura processus, qui in usu erat, maximam fidem dictis conciliat. Lites enim brevissimæ erant & sine ambagibus ad finem perducebantur. Et hinc olim quidem quæstio de advocatis testimonio vix occurrere poterat. Verum enim vero mutata est postea rerum facies, ita ut advocatorum numerus magis magisque mirum in modum creverit (V) Lites itaque de ejusmodi testimonio facile oboriri possunt & oboriuntur. An vero & quatenus

(III) V. *Res. Rom. L. IV. C. XII.*

(IV) *Antiq. Sueo. Goth. L. II. c. VI.* Vid. etiam *Celeberr. Schütze* *Schuttschriften für die alten Deutschen. N. 2. Von dem Haß der alten Deutschen gegen die Advocaten S. 31. und folg.*

(V) Jam seculo XIII. invaluit, ut nemo sine interprete legitimo admitteretur. *Haltaus Glossar. Germ. medii ævii pag. 562. & seqq. Advocatus hominum propriorum dicebatur Beystand. c. l. pag. 166. Meretricis vero patronus erat listor, vel carnifex. Chron. Aug. vet. t. MSC. de carnifice, Ge. Thebesii Annal. Lignic. c. IV. pag. 27. & Haltaus l. alleg. pag. 982.*

nus admittendum rejiciendumve sit, prudenti judicis arbitrio relinquendum, puto. Illud enim in genere secundum (§. II). statuendum est (VI). idque & ideo, quia hodie, uti jam olim inter majores nostros (VII) tantum testis juratus fide dignus est, quod tamen Romani non semper censuerunt. Dif-  
fentunt quidem nonnulli (VIII) ob testimonia quædam Ciceronis. Sed juramentum testium originem trahere videtur a temporibus Constantini M. (IX), quamvis Cicero hujus juramenti mentionem injiciat (X). Nam olim magis consuetudinis, quam necessitatis, aut tantum in causis criminalibus locum habuisse videtur, quia judex illud remittere poterat (XI). Et quod tantum consuetudinis fuerit, Asconii Pediani verba, quæ alias omni exceptione majora censentur (XII), haud obscure indicant: Jurati te-

B 3

stes

- (VI) Ex instituto de hoc argumento Jo. Gottl. Reichel singu-  
lari Diss. egit, cui titulus: De genuina ratione arbitrii ju-  
dicis circa testimonia, maxime si veritas aliter haberi nequit.
- (VII) Jo. Gottl. Heineccii Elementa Jur. German. P. 2.  
L. 3. T. 6. §. 197.
- (VIII) Jo. Jac. Kusters Dissert. de jurejurando testium ad  
membrum primum L. 9. C. de Testib. Dissertationem  
autem, quam T. J. Reinhart de testibus jurisjurandi reli-  
gione arctatis a Constantino M. iisdem tamen ante hujus  
tempora in foro Romano jurandi necessitati subjectis, ex-  
aravit, non possideo.
- (IX) L. 9. pr. C. de Testib.
- (X) Cit. Dissert. Kusteri §. XIV.
- (XI) Christ. Thomasi Diss. de fide juridica, Cap. 2. §. 61. Adde  
Celeberr. Braun Abhandl. von der Glaubwürdigkeit der Hauße-  
zeugen in Diurn. Erlangenf. An. MDCCL Num. L. pag. 399.
- (XII) Asconius Pedianus in Ciceronis tertiam Verr. Kust.  
Diss. cit. §. XIV.

stes produci *solent*, non solum, ne falsa dicant, verum etiam ne quæ vera sunt, taceant. Forsitan vero hoc juramentum in defuetudinem abierat, indeque Constantinus M. hanc legem tulit. Quæ vero cum ita sint eo magis sanctiones juris Romani de testibus & L. XXV. D. h. t. caute hodie omnino applicandæ sunt.

§. VI.

Neque procuratoris testimonium plane rejiciendum esse censeo, quamvis alii id sibi persuadeant (XIII). Sed vela sunt contrahenda & potius ad id transeundum est, cujus gratia hæc chartæ sunt mandata. Honores enim indicandi sunt

CONSULTISSIMO

JO. CHRIST. GUILIELMO  
SYBELIO

JUDICI ET NOTARIO MERITISSIMO  
DESTINATI

qui de natalibus suis, vitæ studiorumque rationibus ipse suis verbis sequentem in modum exponit.

Natus sum Assindix d. IX. Apr. An. MDCCXXI. patre Jo. Florent. Sybel & matre Helena Charl. e gente Beckmanniana oriunda. Parentes mei dilectissimi in eo toti fuerunt, ut me optime educarent mihi que religionis principia instillarent. Tradiderunt me postea curæ Celeberr. Directoris Zoppii, sub cujus auspiciis Gymnasium Assindiense floret. Operam ibi navavi Theologiæ, linguæ Græcæ, Gallicæ aliisque.


(XIII) Usus modern. L. XXII. T. V. §. VI.




que. Sed mutavi consilium, jurisprudentiæque incumbere decrevi. Petii itaque An. MDCCXL. Jenam. Primo semestri in Logica Reuschium, in Jure naturæ Wolffharthum, in Institutionibus Moterum & historia universali Wegnerum duces elegi. Secundo semestri Institutiones & Jus Naturæ præeunte Celebrissimo Dariesio repetii simulque Moterum Digesta, Stengerum Struvium minorem, historiam vero universalem & Imperii Wegnerum & illustrem ac excellentissimum Buderum explicantes, audivi. Visis academiis Halensi & Erfurthenfi post reditum in jure clientelari & Germanico doctorem habui Estorem, Virum ad stuporem eruditum, in jure criminali, nec non Canonico beatum Engavium & in Pandectis Schaumburgium. Quarto semestri operam dedi juri publico, quod mihi Celeberr. Estor explicavit, historiæ Germanicæ, quam excellentissimus Buderus & jurisprudentiæ practicæ, quam mihi Schaumburgius docebant, quorum virorum memoriam, ob beneficia, quibus me affecerunt, nunquam deponam. Absolutis hoc modo studiis meis musarum sedes, Lipsiam & Halam salutavi inque Collegiis tam publicis, quam privatis Ludvigii Böhmeri, & Schmeizelii eruditionem admiratus sum. In patriam mihi reduci offerebatur officium judicis Hörstgenfis, quod re æqua lance pensitata, suscepi eoque per septem annorum spatium usque ad L. B. a Milendonck obitum fidelissime & diligentissime functus sum. Mortuo itaque Domino meo clementissimo iter Cliviam versus eum in finem institui, ut praxin Illustris Regiminis addiscerem, quam ob rem etiam litigantium causas tuitus sum. Hujus cognitione autem


tem præditus domi latere vitamque tranquillam vivere, in votis meis fuit, quod & decreveram. Sed frustra. Homo enim proponit & Deus disponit. Necessitas superveniebat Secretarium Judicis Hattengensis, Landmanni, agendi. Fidem meam & industriam non solum judicis testimonium, sed etiam plurimæ relationes ex actis & sententiæ adhuc exstantes probant. Tandem & judicio provinciali Bochumensi, nec non huic civitati, tanquam actuarius substitutus, inservire studui, nunquam vero notarii officium neglexi. Sed post tantas vitæ ærumnas ad patrios lares me recipere, in animum induxi, ita tamen, ut exiguum vitæ tempus, quod mihi restat tam ad Dei gloriam, quam proximi utilitatem consumam, in præmium vero laborum meorum honores doctorales petii.

Adiit Vir Consultissimus hanc ob rem Facultatem Juridicam eamque rogavit, ut ad consueta examina admitteretur. Annuit desiderio tam honesto tamque laudabili ordo Jctorum. Postquam itaque examina sustinuit, textus propositos explicavit, dissertationem de *Dominio & Usufructu* defendit, ac lectionem cursoriam habuit, nil reliquum est, nisi, ut illi a me ad hunc actum legitime constituto promotore, summi in utroque jure honores tribuantur. Vos hanc ob causam, Magnifice Academiae Rector, cæterique Professores omnium ordinum Celeberrimi, ut frequentes adesse velitis, observantissime officiosissimeque rogo. P. P. Duisb. d. XXV. Mart. MDCCLXII.










6

DE  
TESTIMONIO PATRONI  
IN CAUSA  
CUI PATROCINIUM  
PRÆSTITIT  
OCCASIONE L. XXV. D. DE TESTIB.  
EGIT  
AD  
VIRI CONSULTISSIMI  
JO. CHRISTIANI GUILIELMI  
SYBELII  
JUDICIS ET NOTARII SOLEMNIA DOCTORALIA  
INVITATURUS  
OTTO LUDOVICUS DE EICHMANN  
J. U. D. P. P. O.  
ET RITE DESIGNATUS PROMOTOR.



DUISBURGI AD RHENUM  
TYPIS FRANC. ADOLPH. BENTHON, ACAD. TYPOG.